

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumato-graphia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

Caput XI

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

equis, si se super eas volurent, vibices assurgere, cutem occalescere, oculos curvari; sedari, si aceri selibra cum atramenti sutorii conteratur quadrante. Depascunt olera, sed si eruca inter ea confita fuerit, non tangunt. Ut vero eadem infesta non generent animalia, in corio testudinis omnia quæ sparsurus es semina siccæ, vel mentam pluribus locis maxime inter caules ferre. *Trafocurides*, inquit, *Cardanus*, vocantur animalia, quæ solent in hortis nocere. Ferunt quod si ventriculum vervecis statim occisi plenum sordibus suis spacio quo abundant leviter defoderis, post bidduum reperies ibi animalia congesta. Hoc cum bis vel tertio feceris, genus omne, quod nocebit extingues. *Paulus Aegineta* scribit, erucas ceterum cum oleo inunctas, dici tutos à virulentorum animalium moribus servare.

## CAPUT XI. DE FORMICA.

**I**N Regno Senegæ sunt formicæ albæ, & suapte natura humiles efformant casas. Nam ore terram rotant, & ferruminant absque calce; clibanos diceret, vel ruscula in ordine disposita. *Scaliger Exerc. 367.* Rubræ sunt in Provincia Mangi, quibus cum pipete vescuntur. *Scaliger Exerc. 96.* Apud Brachmanes palmaris magnitudinis, in nova Hispania scarabæos æquant. Apud Dardas, quæ maxima est Indorum montanorum natio, collis quidam trium millium stadiorum ambitu esse dicitur, sub eo aurifodinæ, quas formicæ effodiant, vulpium magnitudine. *Plin.* Fabulosa cum *Strabone* censemus. In Baja Salvatoris ingens illarum copia, in ore quiddam fossicium instar, quo facta ita abscindunt, ut morfu illo arefescant. *Aldrovand.* Ibi eadem Occidentali India Comixen dicuntur, semiformicæ & semivermes alba repentes cauda. Ligna erodendo penetrant, & domibus ingentia inferunt damna. Parietem aut arborem scansuræ opercula terrea digitum crassa secum ferunt, sub his ubi habitandum

tandum degant. *Ovied. in sum. Ind. Occid. c. 52.* In Brasilia dum conteruntur odorem cedri fundunt. In Suside nutritam publicè in foro Aviano formicam quæ singulis dieb. libram carnis ederet, *Rhasis* apud Cardan. *l. 9. Subt.* habet. Aliæ in Isthmo Sur & Nortt occidentalis Indiæ tam duras cascas conficiunt apum similitudine, ut vix securibus tandem rumpi queant. Parvum quia ipsis caput est, non habent in eo oculos, sed super quædam additamenta, quæ ceu duo pili egrediuntur. In his oculos locatos signum est, quod dum apputantur, errant. *Albert. tract. 4. l. 6. c. 1.* Cum eorum senescit genus alatum efficitur. Ova gi-gnunt, quæ in albis panniculis obvolutos ejiciunt vermes, ex his superficie ad Solem expositis, formicæ nascuntur. *Alb. l. 26.* At alius in novo orbe modus. Nam à parentis jam defuncti corpore, innumeri fiunt vermiculi, illique miro viventes modo, ex habitaculis tandem subterraneis, miro modo erumpunt. Mira in formicetis subtilitas, vix ullius urbis artificiosior structura. *Aldrovandus* illud quod vidit sic describit. *Apparuit urbs quadrangularis, longa pedes fere quatuor, lata ultra pedem, in qua per vias velut ad negotia ultro citroque cursitare, velut cives ipsi formica videbantur. Angulorum & laterum directâ erat delineatio, urbis longitudinem media secabat via, profunditate latitudineque digitali, quam rursus per transversum æqualibus inter se spaciis, tres aliæ via eadem digitali profunditate & latitudine directissimè inter se cubant. In extremis viarum angulis, velut angiporti bus ova in acervos erant collecta. Altera urbis parte antra frumento oppleta, ut in ipsas vias redundarent. Via omnes erant mundissima. In urbis denique longitudinis medio unica porta Zephyro objecta. Habent & cælestium noticiam. Nam nonnulli nono mensis die se continere, nonnulli interlunio semper quiescere referunt. Aristoteles plenâ tantum lunâ promptuaria facere ait. Tacta mulierum menstruo germina non attingunt, concendentes spicam olfaciunt, & si hordeum repperint, ab eodem fugiunt. Admirabile denique*

ANDI  
ut, videtur alioquin  
sedari, si acciderit  
quædam. De  
contra fuerit, non  
non generare  
spicæ et  
ma xone  
annu, vocant  
erunt quod  
orâni sui  
iduum reperit  
viti fieri, gen  
Egredia  
virescent

XL  
MICA.

æ albæ, & cap  
Nam ore terrar  
cubanos  
Sealigen Extr  
ngi, quibus  
Apud Brachm  
Hispania  
tima est Ind  
trium millia  
eo aurifodina  
gitudine. P  
In Baiâ Salv  
in foeticam  
illo arca  
Comen dicit  
alba repon  
domibus  
roborem  
mferunt, sicut

niq̄ue est illud spectaculum, in quod se incidisse narrat Cleanthes. Venisse nimirum formicas de suo cavo ad aliud formicarum examen, formicam portantes mortuam. Ex hoc ascendisse alias formicas tanquam ad colloquium, rursūque descendisse. Id bis terve factum. Tandem has sursum extulisse vermem tanquam redemptionis precium pro mortua. Hoc illas accepto & reddito formicæ cadavere discessisse.

## CAPUT XII. DE HIRUDINE & HIPPOCAMPO.

**I**N flumine quodam Mauritiæ, septenum cubitorum *Hirudines* gigni, refert *Strabo*; quibus perforata gula, per quam spirant; In omnibus foramen exile in medio est, ab ore & alvo unus continuus ductus. In febribus putridis maximus earum usus. Admotæ enim aoi venis, detractis prius pilis, & applicata cucurbitula, ut venarum appareant orificia, multum ad capitis affectus mitigandos, coctionemque juvandam conferunt. Absorpta aliquando à nonnullis in potu, teste *Galeno*, suffitu cimicum expellitur. *Hippocampus* piscis est minime edulus, singularis formæ, cui caput equinum cum proboscide iubarum est, corpus reliquum cartilagineis creniis exasperatum; in dorso pinula cauda, quadrata & plexilis. Totius longitudo dodrantalis est, captus brevi exspirat, & dum recens, noctu luceat.

## CAPUT XIII. DE LOCUSTA INSECTO.

**L**ocustarum circa Brundisium ingens est copia. In Lemno insula certa enecandorum unicuique præfinita mensura est, quam ad Magistratus referat. In Cyrenaica ter debellantur in anno, desertoris constituta

una pena in eum  
tatuus singulis ter  
cio milliaris ob  
alijfuo Cadam  
lere uaritam, u  
um inuencam. A  
gini millibus pas  
ribus ferebantur.  
bant. Duces cum  
bant agmen. qual  
uivex copiz po  
loco non moveb  
coliores. Anoc  
tamnum locust  
nocti fuerint in  
ciam migrare  
venus, sed al  
mentium prov  
tenuis.

C  
DE L  
I

*Lepus marini*  
tam vel p  
dam capitur, n  
ferribus omni  
tis imo latere.  
tum pauca ad  
lumore degan  
tum, &  
citant, ut ara  
in radio, lepu  
tus Imperator  
citur. Cum en  
tus, responsu  
Solatoris. VI